

Quod ad primum, Audiuius supra quomodo sancti Patres Hierosolymitani causam Christi in consistorio tractauerint. In hanc omnes animis, & pedibus sententiam concesserant, *Morte dignus est.* Quoniam vero ut notum est, ius gladii ademptum illis erat, ideò executio consistorialis decreti à Pilato extorquenda erat. *Wey ihnen hats kein bedencken mehr / certa, & conclusa omnia erant, Tollendus erat, & quidem ignominiosa crucis morte:* In hoc tantum deficiebāt, quomodo iudicem Pilatum, qui homo Ethnicus erat, quique disceptationes de religione nihil omnino curabat, in suas partes pertraherent.

Vafri itaque homines auctoritate, & numero confidentes (iuerant enim ipsi summi sacerdotes, longam omnium seniorum, & totius populi caudam post se trahentes) tentant primò an inauditum, & citra accusationem trucidare eum Pilatus velit. *Er solt ihnen das zutrawen / sie / als weise / heylige Leut / würden den armen gebundenen Jesum nach notturfft gnugsam gehört / vnd recht wider ihn geurtheilt / auch zu Pilato ihn nicht / (mit solcher statlicher / vnd von allem volck geleisteter procession) geführt haben / weñ er nicht ein Vbelthäter were.*

Cum verò hac spe exciderent, (statim quâ conscientia & fide rem tractassent ex ipsorum verbis parum modestis subolfecit Pilatus, homo politicus, vnd der die stolzen / neidischen Juden mehr für der Bancf gehapt) iam ad accusationis capita, contra Christum proferenda se accingunt.

Nota verò, quam egregiè uti foro didicerint. Quoniam enim coram Ethnico iudice agenda causa erat, nihil eorum meminerunt, ob quæ in concilio suo Christum damnauerant. Tacent igitur de destructione templi, tacent de blasphemia, tacent de sessione ad dextram Dei, &c. quod præuiderēt scilicet, Pilatum si hæc ipsi peregrina, & ignota fuissent allegata ne publicè quidem occisurum fuisse. Aliò itaque, ut Pilatum constringant, se vertunt, & accusant Christum aliâ formâ, vnd machen nun Welt / oder Rechtsachen darauß / da es zuuor Kirchen sachen waren. Capita accusationis sunt:

i. Sedi-